

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus f
cum fonte primo

Nos
gestamus laqueum nostrum
nobiscum, circumferimus inimicum;
carnem nostram loquor de peccato natam,
in peccato nutritam,
corruptam nimis ipsa origine,
sed multo amplius prava consuetudine uiciatam.
Hinc est quod tam acriter aduersus spiritum
concupiscit, quod assidue murmurat
et impaciens est discipline,
quod illicita suggerit,
quod nec rationi obtemperat,
nec ullo timore inhibetur.

Gregorius ibidem (in moralibus).

Ipsi enim, ut manifestum est,
gestamus laqueum nostrum,
ubique proprium circumferimus inimicum:
carnem hanc loquor de peccato natam,
in peccato nutritam,
corruptam nimis ipsa origine,
sed multo amplius prava consuetudine vitiatam.
Hinc est quod tam acriter adversus spiritum
concupiscit, quod assidue murmurat
et impaciens est disciplinae,
quod illicita suggerit,
quod nec rationi obtemperat,
nec inhibetur ullo timore.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in quadragesima*, 5.1 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.372, ll.14-20).